



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

I. De Iudiciis, & illorum divisione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

notiam debet habere distributionem. Vbi autem in locum defuncti unus tantum substitutus erit, is ea bona, vel et alia, dispensabit.

Clerici possunt maxime accedere iuxta causam de bonis Ecclesiasticis, facere elemosinam. h. d.

Let autem clerici, nec de mobilibus ipsis testamentum conficere possunt, consuetudinis tamen est non impedire, ut de his pauperibus, & religiosis locis, & his qui viventi servierint, sive sint consanguinei, sive extranei, aliquis iuxta servitium meritum conferant, non testamenti ratione.

Patet quod tantum legere de bonis Ecclesiasticis, quantum continentur Ecclesiasticis. h. d.

Item si tantumdem de proprii Juris facultate contulerit Ecclesie, quantum de Ecclesiasticis bonis legaverit, legatum sufficitur.

Clerici possunt testari de his, que acquisiverunt non intuitu Ecclesie. h. d.

De his vero, que aut paternae successione, vel congnationis intuitu, seu consanguineorum, vel am-

a. Ca. adiac. ext. de test. b. Equia no. ext. de test.

corum munere, respectu non habito ad Ecclesiam, ad clericos pervenerint, libere testari poterunt.

Clerici ingenui defunctis successibus ab intestato succedunt in totum Ecclesia. h. d.

Quod si decesserint intestati, nec aliqui fuerint inventi, qui iure cognationis ipsa succedere valeant, si ingenui gaudeant natalibus, in integrum tunc Ecclesia succedet, nec cuiquam ex rebus eorum aliquid presumere licebit.

Dono frui promissus ad sacros ordines ab intestato decedentis dividitur in quatuor partes, ut hic. h. d.

Item si servus ad sacros ordines promotus, libertatem nactus fuerit, idemque postea accesserit inestatus, nihil olim dominus de bonis eius vendicare poterit, sed ejus peculium in quatuor partes dividetur, quarum una Episcopo, altera Ecclesie, tertia pauperibus assignabitur, quarta parentibus: & si non sint capaces parentes, Episcopus eam recipiet, & in usum Ecclesie diligenter distribuet.

a. Can. 2. ext. de success. ab intest.

FINIS LIBRI SECVNDI.



INSTITUTIONUM
JURIS CANONICI.
LIBER TERTIUS.
DE JUDICIIS, ET ILLORUM
DIVISIONE.
TITULUS PRIMUS.

Quid sit judicium, & quid causa, hoc dicitur.

RESTAT, ut videamus de judiciis. **P**ostest autem iudicium ita describi. **I**NDICIVM est discussio causae, quae fit in foro coram iudice: **C**AUSA vero est origo negotii, & materia iudicii.

Qua sunt iudicia secularia, & qua Ecclesiastica. h. d.

Prima divisio iudiciorum haec est, quod aut sunt secularia, aut Ecclesiastica. Iudicia secularia sunt, quae coram iudice laico inter personas seculares exercentur. Ecclesiastica vero sunt, quae coram iudice Ecclesiastico inter personas Ecclesiasticas agitantur. Duo enim sunt, quibus primum ipsaliter orbis regitur. **A**uthoritas sacra Pontificum, & Imperialis ac regia potestas. Unde sicut civium legum non nisi civilis esse debet executor: ita etiam Ecclesiasticum iudicium iudex est administrator.

Laicus a laico coram seculari iudice conveniri debet, nisi causa sit spiritualis vel similis: & laicus impetrata ad iudicem Ecclesiasticum non tenetur. h. d.

a. Ca. si quis. ext. de majori. & obi.

LAICUS ergo à laico coram iudice seculari, non autem Ecclesiastico conveniendus erit: quod usque adeo obtinet, ut etiam si alteruter litigantium ab Apostolica sede literas ad Ecclesiasticum iudicem impetraverit, irritae sint & inanes. Si tamen causa sit huiusmodi, quae ad Ecclesiasticum forum pertinet, qualis est matrimonii, usurarum, perjurii, & similes, licet inter laicos disceptatio sit, iudex Ecclesiasticus ad eundem erit. Idem juris est, si vel à seculari iudice iustitia impetrari non potest, vel consuetudo loci, vel miserabilis personarum Ecclesiasticum iudicem compellendum suadeat.

Clerici habent privilegium, ne coram iudice laico conveniri debeant, cui non potest ulla pacto renunciari. In iudicem tamen Ecclesiasticum non solum possunt consentire, accedente consensu diaconum. h. d.

PATI è ratione tam Milevitensis, quam Carthaginensis Concilio constitutum est, ne clerici clericos relictio suo Pontifice, ad publica iudicia, sub poena depositionis & amissionis proprietarum jurium petrahaant: cui

a. Can. licet. & ca. si quis. ext. de foro composit. b. Cf. diligens. ext. de foro composit.

beneficio, cum non sit personale, sed collegio ecclesiastico indultum, passionibus privatorum, aut juramento illicito derogari non potest. In iudicem tamen non suum si is persona sit ecclesiastica, & Episcopi dioecesei consensus accesserit, clericis consentire poterunt.

Quod si inter clericum & laicum contentio sit, ut cognoscamus, utrum ecclesiasticus, an secularis iudex causam dirimere debeat, dispiciendum erit, quis rei contenti partes sustinet. Nam si clericus, apud ecclesiasticum forum: si laicus, apud secularem erit agitanda causa: cum a generale sit, ut actor forum rei sequatur. Cavendum b erit igitur laico iudici, ne quoquo modo clericum condemnet: quod si fecerit ab ecclesia, cui injuriam irrogare nocitur, tandiu sequestrandus erit, quousque reatum suum cognoscens, emendet.

Si delinquentem captus praeferatur clericus, utrum ita sit, debet cognoscere iudex clericus vocato iudice seculari, h. d.

Debitari tamen contingit, si iudex laicus e delinquentem captum detineat, & si is se clericum asserens, ad curiam ecclesiasticam remitti postulet, vel illum curia ipsa ecclesiastica tanquam clericum reperiatur, si iudex laicus illum esse clericum inficiatur, & propterea minime remittendum contenta, quis fit huius dubitationis legitimus futurus iudex? Et cum de re ecclesiastica & spirituali sit controversia, ad iudicem ecclesiasticum huiusmodi cognitio pertinet. Iudex tamen secularis, vel alius, cuius inter sit, dum res huiusmodi cognoscitur, vocandus erit.

Delinquentem captus habitus pro clerico, statim debet restitui iudici ecclesiastico, h. d.

Sed si notorium fuerit, vel fama publica extiterit, reum captum talem esse clericum, qui huiusmodi privilegio gaudere debet, aut ipse pro clerico communitur habeatur, statim ante ullam de clericatu cognitionem ecclesiasticam restitendus erit.

Tali quis praesentatur, in quali habitu reperitur aliquandiu contentus, h. d.

Dem a dicendum erit, si ante deprehensionem pro clerico publice se gerens, tonsuram & clericales vestes defersens deprehensus fuerit: donec enim contrarium non constiterit, talis, qualem eum demonstrat habitus, praesumendus erit.

Ex alio momentaneo non tollitur praesumptio orta ex alio habente tractum temporis, h. d.

Aliud e observandum, si ante quam deprehenderetur, publice se pro laico gereret, & quasi laicus communitur habeatur: nam quamquam deprehensionis tempore in habitu clericali reperitus fuerit, ob praesumptionem, quae adversus captum ex praecedenti laicali habitu delatione orta est, non antea restituendus erit, quam de clericali titulo fidem fecerit: interim tamen quivis processus iudicis penitus conquiescet.

Secunda iudiciorum divisio, quod quaedam sunt ordinaria, & quaedam extraordinaria: & quis sit iudex ordinarius, h. d.

St & alia divisio iudiciorum: nam ecclesiasticorum quaedam sunt ordinaria, quaedam vero extraordinaria, sive delegata. Iudicium ordinarium est, quod coram iudicibus ordinariis exercetur. Ordinarius iudex est, qui suo iure, vel superioris beneficio, universalem jurisdictionem exercere potest, ut Episcopus, Archiepiscopus, Legatus, & similes. Constituitur autem a Rege, vel Principe, Consuetudine, vel Universitate. Igitur cum Episcopus in tota sua dioecesi jurisdictionem ordinariam nunciat habere, poterit in quolibet loco suae dioecesis non exempto per se, vel per alium, pro tribunali sedere, & ea quae ad ipsius spectant officium, liberè exercere,

a Canon. cum sit. extr. de foro compe. b C. conquestus. d. tit. c. Cf. iudex. de sentent. excom. in 6. d. d. c. si iudex. 4. idem. de sentent. excom. in 6. & d. c. si iudex. 5. non sit. de sentent. excom. in 6.

& cum opus fuerit, auxilium publicum implore. *Quid sit iudicium extraordinarium, & qui laicus delegatus, h. d.*

Extraordinarium sive delegatum iudicium est, quod coram iudice delegato exercetur. Iudex delegatus est is, cui ab eo qui demandat potest, causa committitur.

Non solum Princeps, sed etiam alii Ordinarii ipsius iuris licet delegatus Princeps sit magis privilegatus, h. d.

Possunt autem jurisdictionem mandare, non solum Princeps, verum etiam alii Ordinarii. In tantum in Principe mandatur, ceteris longe praestat: nam de illis ex causa subdelegare, nisi illius electa fuerit iudiciali, renitentemque compellere, & propriam sententiam exequi e, & contra ipsam ordinariam procedere postquam in ceteris delegatis non obtinet.

Delegatus a Principe regulariter non patitur quomodo, in comparata personaliter, h. d.

Non d. tamen in civili iudicio alteri parti, in eam se personaliter comparcat, habere potest: sed vel mandatum ad hoc speciale receperit, vel nisi pro veritate dicenda, vel pro iuramento calumniae emittenda, vel alia iuris necessitas partes eorum erigi iurata praefertat.

Delegatus a Papa non subdelegat, nisi per se ius honorarium, h. d.

Ed nec omnibus promissus vices suas demerere poterit e, sed illis duntaxat, quibus auctoritate iururum sedis Apostolicae, vel legatorum episcoporum committuntur, hoc est, non nisi dignitate praedicta, variorum obtinentibus, vel Ecclesiarum cathedralium Canonice.

Potest una causa etiam pluribus delegari, & si in personam non fuerit adjecta clausula. Quod si omnes, non vales pro se nisi formaliter procedant: scilicet si talis clausula fuerit adjecta, non potest procedere potestatis, si constet aliquem non posse, vel subdelegari, h. d.

Item mandari potest jurisdictioni, tam una quam pluribus, certis tamen: sed si pluribus mandari licet adjecto eo, quod si omnes interesse non possint, aliter non exequantur, nisi simul omnes conveniant procedenda, quidquid aliqui fecerint, nullam vim habebit effectum. Planè si is, qui interesse non potest, vel Capitulum vel alii vices suas commiserit, petente res scripta ad adjectum sit. Nam nec impeditorum collegiorum delegatos admittere cogendi erunt, & quod pars illorum fecerit, ratam habendum erit. Hoc rancore in decessum obtinebit, si reliquis procedere volentibus, qualem vel interesse non posse, vel omnino non legitime cogendi alioqui procedentes nihil agant.

Si unus ex pluribus delegatus rogatum inducatur, non possunt se circummittere, nisi ex causa, h. d.

Porro uno illorum commisso negotium habente, alii ulterius se intrinicare non poterunt, nisi firmitate, vel alia iusta causa illam, qui causam prosequi inceperit, contingerit impediri, aut idem molari, vel alio modo in eo procedere reculare.

Iurisdiclio perpetua per unum, iurisdiclio perpetua quod omnes, h. d.

Iurisdiczione s. vero per unum vivo mandante perpetua, quoad omnes condelegatos iudices perpetua intelligitur.

Delegatus debet diligenter servare sine mandato de re non committitur, censetur omnia commissa, per quae potestatis ad h. d.

Sed si vni, sive pluribus, sive a Principe, sive ab alio mandata fuerit jurisdictioni, mandati forma tenet.

a C. in fi. extr. de off. ord. b C. si per erro. de off. leg. c. C. si iudicis. extr. d. tit. d. C. de iud. in 6. e. C. si iudicis. extr. d. tit. f. Canon. p. l. d. de off. deleg. in 6.

97
 penes custodienda erit : nec aliquid contra quam sibi
 mandatum fuerit, delegatus tentare audebit. Planè ju-
 risdictione impeditur, vel in iudicium venire detrectan-
 tes delegatus à Principe Ecclesiastica districtione, etiam
 si literæ commissio non continetur, coercere pote-
 rit, vel pro delicti & causæ qualitate, secundum arbi-
 trium suum, si certa poena à Canonibus non exprimitur,
 multare : quia ex eo, quod alicui causa committitur su-
 per commissis, quæ ad causam ipsam spectare nescun-
 tur, penam recipi potestatem.

*Penam illis exceptionibus admittit delegatus, nisi verba rescripti
 penam contrarium h. d.*
Rationabiles & quoque & honestas exceptiones, & à
 Rationibus non abhorrentes, licet id expresse man-
 dato non comprehendatur, admittit : nisi, quod nulla
 debent exceptiones admitti, literis expressam fuerit.

*Delegatus habet jurisdictionem etiam in eum, in quem fuit facta
 delegatio post imperatoris rescriptum, licet rescriptum de eo non sit
 mentionem h. d.*

Ed est literæ adversus Titium ab Apostolico im-
 peraveris, & is, ut mandatum eludat, ante quam lite-
 ra ad iudicium perveniat, vel etiam postea ante
 quam citetur, de possessione, de qua controversia vestitur,
 commutationem fecerit, eum qui in possessionem sese
 ingressus, poterit delegatus cogere, ut coram se juris pa-
 riam equitatem : nec quod rescriptum contra Titium im-
 peratum fuerit, opponi poterit. Generaliter enim o-
 mni venditio, cessio, & alienatio iudicii mutandi causa
 facta, utroque iure prohibetur : alias delegata jurisdictio
 et per ipsa rescripto non comprehendat, etiam ipsi vo-
 luntibus, prorogari non potest.

*Mandatum Apostolicum ex causa potest. executioni mandari,
 etiam in alia loca ab expresse in mandato. h. d.*

Similitudine statutum est, ut si is, per quem ab A-
 postolica sede certo loco inquisitio, vel quid aliud ex-
 peditur mandatur, ob illius potentiam, vel malitiam, con-
 tra quem inquit, vel procedi mandatur : vel fautorum
 eos loco secute mandatum executioni mandari ne-
 queat, ad id exequendum locum securum & idoneum e-
 legere valeat, ne quis scilicet ex proprio dolo, vel fraude
 quemodam reportet. Quinimò idem faciet, si alia
 probabilis causa subit, propter quam in loco decreto
 periti commode nequeat, quod mandatur : ne tali
 periculo impediatur commingit mandatum Apostolicum, vel
 iustitiam.

Delegatio sibi revocatio jurisdictionis est integra. h. d.

Quoties autem delegatio multis modis : puta revoca-
 tione, morte, impotentia delegati, executione senten-
 tiæ, propria pronuntiatione, temporis fluxu, recusatio-
 ne. Revocationes, cum is, qui mandavit, jurisdictionem
 antequam is, cui mandata fuerit, ea uti coeperit,
 mandatum revocat : cum eo casu jurisdictione in eum effi-
 ciat, transire non censetur.

*Morte tam delegatum, quam delegatum sibi datur delegatus
 et si sine ex pluribus delegati moratur, ad huc sibi datur de-
 legatus, nisi aliud expresse sit in rescripto, vel sub nomine digni-
 tatem facta sit delegatio h. d.*

Morte extinguitur delegatio, tam ejus qui mandavit,
 si se integra decefferit, quam etiam eorum qui de-
 legationem susceperunt : quod quidem adeo obtinet, ut
 si pluribus iudicibus datus unus rebus eximatur huma-
 nis delegatio etiam quoad superstitis expiret : nisi aliud
 in delegacione comprehensum fuerit, aut sub dignitatis
 nomine non proprio facta fuerit.

Mors et obsequia a quædam non tenent integra. h. d.

Can. pratorum in fin. ext. d. d. tit. b. Can. ex parte. C. d.
 de offic. deleg. c. Can. & 2. ext. de alie. iud. r. d. Ca.
 per in fin. ext. de offic. del. c. Can. statum de offic. del. in d.
 Can. quamvis de offic. del. in s.

Questum est, si ab Apostolica sede datus iudex, quo-
 ties eum abesse a contigerit, vices tibi suas commi-
 serit, an si rebus eximatur humanis, commissum tibi
 negotium libere valeas diffinire? & cum tunc quoque
 censetur abesse, rescriptum est, si illo vivente jurisdic-
 tione uti ceperis, posse te non secus, ac si viveret, & abes-
 set, in negotio procedere. Idem juris est, si tibi vi-
 ces sub ea forma committat, donec eas revocandas du-
 xerit.

*Delegato permissum impedimento delegati, tam juris quam
 facti. h. d.*

Ed est delegatus mortuus quidem non fuerit, ita ta-
 men impediatur, ut omnino delegacionis negotio in-
 teresse non possit, extinguitur delegatio. Impedimen-
 tum autem intelligitur, tam juris, quam facti. Iuris, ut si
 infamis factus, aut alio legitimo impedimento detenus
 fuerit. Facti, ut si inevitabili necessitate articulo,
 puta infirmitate, præpediatur.

*Jurisdictione delegati à Principe expirat per executionem senten-
 tiæ. h. d.*

Idem juris est, si delegatus à Principe per se, vel per a-
 lium sententiam executioni mandavit, vel mandati
 præcepit. Tunc enim ejus jurisdictione cessat, quia semel
 est officio suo functus.

*Si iudex delegatus pronuntiat si iudicem incompentem : ex-
 pirat jurisdictione. h. d.*

Item si iudex delegatus interloquendo pronuncia-
 verit se super aliqua causa procedere non debere, usque
 adeo jurisdictionem amittit, ut etiam ex litigatorum
 consensu illam reassumere non possit.

*Si in rescripto tempus apponatur, transacto termino expirat, ju-
 risdictio. h. d.*

Ed est & cum causa intra certum terminum deciden-
 da committitur, termino transacto mandatum expirat,
 nisi tempus communi partium consensu prorogatum fue-
 rit. Terminus autem tunc incipit currere, cum iudices
 literas recepisse contigerit.

*Potest qui conveniri vigore literarum posteriorum, etiam non
 factentium mentionem anteriorum, quasi adversarius impetravit,
 sed per annum non fuit usus. h. d.*

Non ab simili ratione constitutum est, ut si quis A-
 postolicas literas impetrans infra annum, postquam
 iudicium copiam habuerit, dolo, vel negligentia eis uti di-
 dulerit, auctoritate posteriorum literarum, quas postea
 forsan ejus adversarius impetraverit, conveniri valeat, licet
 in posterioribus nulla mentio de prioribus habeatur.

*Recusatione extinguitur delegatio, cum iudex datus suspensus
 postulat et pronuntiat. h. d.*

Recusatione quoque extinguitur delegatio : quod eo
 casu accidit, quo iudex datus altero litigatorum pe-
 tente, ob probabilem aliquam suspicionis causam ab i-
 udicio removendus pronuntiat : ut puta, si iudex da-
 tus dicitur dominus litigantium, aut consanguineus, aut
 advocatus, aut cum altero immodicam contraxisse
 familiaritatem, aut ab eodem in alia causa partem ap-
 pellasse, aut nondum iudicem ad legitimam ætatem per-
 venisse.

Qualiter cognoscatur et expeditur causa suspensionis. h. d.

Recusationis autem causa varie cognoscitur, g. nam
 si contra unum ex duobus ab Apostolica sede dele-
 gatis suspicionis causa proponatur, siquidem illa clau-
 sula apponita sit, Quod si ambo interesse non possunt, alterius
 causa procedat : eorum non recusatio con iudice expedienda
 erit. Vbi vero non est dicta clausula in rescripto, de-
 bet super hoc ad arbitros recursus haberi, prout Grego-

a. Ca. si delegatus de off. del. in s. b. Ca. suscitatus. ext. de re-
 scripto. c. l. significanti. ext. de off. deleg. d. C. de caus. ex-
 de offic. deleg. c. Can. fransum. & c. per iudic. ext. de rescripto.
 f. C. causam qua. & can. in fin. ext. de offic. deleg. g. c. si con-
 tra. de off. deleg. in s.



riana constitutione latius continetur. Cum autem delegatus Episcopi recufatur, recufationis causa coram Episcopo probanda erit, licet coram ipso, qui recufatur, sit alleganda.

Judicium summarium est, in quo subilo ordinis iudicariis observatione pretermittitur proceditur. Ordinarium & solenne est, in quo series iudicaria tele observatur. h. d.

Rursus iudiciorum tria divisio hæc est, quod quædam sunt summaria, quædam ordinaria & solennia. Summaria sunt, in quibus subtili & solenni ordinis iudicariis observatione pretermittitur proceditur: ut sunt a causa electionum, provisionum, matrimonii, usufructum, & similes, in quibus nec solennis libelli portio, vel litis contestatio est necessaria, sed simpliciter de plano sine strepitu ac figuris iudiciali proceditur. Itaque de his iudicibus, etiam tempore feriatarum ob hominum necessitates indulgentiam cognoscet, & litem, dilationes imputando, exceptiones, & appellationes dilatorias & frustratorias repellendo, quanto poterit, facit breviorum, prout hæc duabus Clementis luculentissimis constitutionibus latius continentur. Iudicium ordinarium & solenne est, in quo exquisito & solenni juris ordine servato proceditur: utputa, libellum porrigendo, litem contestando, & alia faciendi, de quibus infra latius visuri sumus.

DE PROCURATORIBVS.
TITVLVS II.

Judicia exercemus per iustitias, & per procuratores, vel syndicos: & quos procuratores non spectat. h. d.

Expositis generibus iudiciorum, consequens nunc est, urvideamus, per quas personas illa exerceri possint. Exercemus igitur iudicia non solum per nos ipsos, verum etiam per procuratores nostros, aut syndicos. Procurator est, qui aliena negotia mandato domini, vel quasi domini administrat. Syndicus h. est universitatis defensor, & procurator. Porro procuratorum duo sunt species: alii enim dantur ad iudicia, alii ad negotia extra iudicium explicanda.

Procurator constituitur potest paterfamilias, & filiusfamilias: & ad negotia potest procurator constitui, qui natus est annis XVII. ad iudicia filium natum vixintiquing. h. d.

Potest autem ad iudicia non solum paterfamilias, verum etiam filiusfamilias e nullo intercedente patris consensu, fieri procurator, si legitimam aetatem compleverit. Licet enim quis post XVII. annum procurator ad negotia licite constituitur, ad iudicia tamen, nisi major XXV. annis fuerit, constitui non poterit.

Natus annis XIV. potest esse in iudicio super causis spiritualibus per se, & per procuratorem, non obstante patria potestate. h. d.

Liud d tamen juris est in principali: nam si is ad quartumdecimum ætatis annum pervenerit, in causis beneficiis, & aliis spiritualibus, nec non ab iisdem dependentibus, ad agendum, defendendumque per se, vel procuratorem, perinde admittendus erit, atque si vigesimumquintum ætatis annum natus esset, nec e ulla patrie potestate, vel voluntatis erit habenda ratio: quamquam aliàs regulariter filiusfamilias sine patris assensu in iudicio esse non possit.

Quomodo sit agendum, si minor quatuordecim annis in causis spiritualibus in iudicio esse velit. h. d.

Quod si quartumdecimum annum natus non fuerit, in huiusmodi causis, nec agere, nec defendere poterit, sed vel per Episcopum, vel ejusdem officialem ad has lites curator sibi dandus erit: vel si major in-

a Clem. 2. de iud. & Clem. septi. de verb. signif. b. ext. de syndi. c. Can. qui generaliter s. i. & seq. eo. in 6. d. Can. si de iud. in 6. e. Can. si. in huiusmodi de iud. in 6. f. Can. fin. s. si vero, de iud. in 6.

fante fuerit, cum autoritate alterius eorundem potentiorum constituitur poterit.

Delegatus sedis Apostolice in causis que aguntur inter se pro minori quatuordecim annorum, potest valem curiam habere, vel autoritatem constituendi procuratorem. Et cum in eo prohibetur potest esse procurator. h. d.

Quædam a Apostolice sedis delegatus ad causas datus est, qui inter se ipsos venilandas fuerint, vel curatorem daret, vel procuratorem constitueret autoritatem prestatere poterat. Constitui autem poterit non solum clericus, verum etiam laicus Regulariter h. enim omnis, qui non prohibetur ab procuratoris officium idoneus habetur.

Si duo dati sint procuratores in solidum, occupatio vel conditio, nisi mandatis sit comprehensum amittatur: per unum aliter non valet, vel natus proficiat, pater aliam negotium suscipere, nisi si, qui non prodesse non potest. Si non sint dati in solidum, unus sine alio procedere non potest. Si tam unus, quam plures possint in una causa constitui procuratores. Si tamen e duo sint, non datur quod in solidum sint procuratores, constitutus unus sine altero non admittitur: sed, si in solidum constituti: tunc enim illius melior erit conditio, qui per litis contestationem negotium prius occupaverit. Et dominus litis factus alterum excludit, nisi constitutus fuerit, quod occupantis conditio melior esse non debet. Tunc enim si eum, qui occupavit, aut legitime impediti contingat, aut prosequi forte nolit, poterit alter experiri ab alio inchoatum suscipere se persequi, cum tamen ab alio alius non fuerit substitutus.

Et tam unus, quam plures possint in una causa constitui procuratores. Si tamen e duo sint, non datur quod in solidum sint procuratores, constitutus unus sine altero non admittitur: sed, si in solidum constituti: tunc enim illius melior erit conditio, qui per litis contestationem negotium prius occupaverit. Et dominus litis factus alterum excludit, nisi constitutus fuerit, quod occupantis conditio melior esse non debet. Tunc enim si eum, qui occupavit, aut legitime impediti contingat, aut prosequi forte nolit, poterit alter experiri ab alio inchoatum suscipere se persequi, cum tamen ab alio alius non fuerit substitutus.

Procurator constituitur etiam ad ea, que specie mandati exigunt, non potest explicare ea, que cupit mandati finem nisi in procuratoris sit facta expressa aliquorum articulo speciale mandatum exigentium: qui cogitationem expresse tenent potest exqui procurator. h. d.

Sed five unus sit procurator, five plures, facta mandati diligentia custodiendi erant, uterque idem in generaliter d. quis ad omnia, etiam speciale mandatum exigentia constitutus procurator sunt, et in generaliter huiusmodi ad aliquem articulum, in quo mandatum speciale exigunt, admitti non debent, nisi illud articulum generale quorundam articulo speciale mandatum exigentium subsequatur expresse: puta ex conditione de iurjurandum deferendi. Tunc enim de hoc expresse factus mandatum complectetur.

Mandatum non completitur materia, quia sine in processu expressa. h. d.

Rimina e tamen vel defectus in personam vel in ve ejus, cuius favore, vel faciente, vel iure facta est provisio, non huiusmodi generalitatis, vel expressæ obtentus, opponendi facultas competat, nisi huiusmodi liud in mandatis habet: Nam huiusmodi generalitatem datum graviora, vel majora, quam in iplo procuratoris sint expressa, non complectuntur.

Procurator ad negotia hiberna est quatuordecim annorum. Procurator vero ad iudicia substituitur filium natum in expressa. h. d.

Ed e illud non est omittendum, quod licet procurator ad negotia sit liberum sit aliam quatuordecim annorum constituitur, iudicario tamen e minime id curatorem aut ius fuerit contestata, vel in rem suam datus sit, vel domino substituti fuerit concessa potestas: qui ius etiam non expressam personam poterit in procuratorem eligere.

a C. fin. de leg. de iud. in 6. b. Caus. ad iud. in 6. c. Can. qui generaliter s. i. & seq. eo. in 6. d. Can. qui ad agendum ad iud. in 6. e. Caus. de iud. in 6. f. Caus. de iud. in 6. g. Caus. de iud. in 6. h. Caus. de iud. in 6.